

Ariete, seu Aquinoctio verso, sub Cassiopeiae sidere, quidem in recta sphera habitanti videatur clarissimo, unde regni Aethiopici, per duo annorum millia successio, & Magis etiam propagatio, quoniam sat ibi potissimum transfigurata colebat, quo nomine Homer ad emumoras aethiopias Deos conuiuatū abire finxit. Dico itaque; Cassiopeiae esse nunc ad natā nouam Stellā, ad denotandā insignē mutationem, hoc est, cladē regni veteris, & noui renouationē. Impius Chamus & Patris & fratris & Dei ipsius contemptor, intra archā diluuij cū uxore rem habuisse proditur à secretioris Theologie scriptorib. ut hac fraude primogeniturae ius, quoad sacerdotiū atque regnum, filio suo ex nefario illo cōcubitu nascituro astrueret. Atque ut voto eius cūtus respondit, adeoque & Gomerū Iapeti & Elamum Semi primogenitum præuenit: ita è patre anima nigerrimo, hoc est, scellestissimo, & ex matre corpore licet albicante, Chus natus est, qui & paternæ nigredinis internæ, externam notam incluibilem in sua cutē habuit, & eandem nigredinem hoc est, improbitatē tyrannide sua imitatus est. Proinde quoad corpus similes sibi nigredine filios protulit Chus siue Aethiopes: ita etiam quoad animum versipelles & impios homines imitatores habuit, qui regni causa ius fasque omnne & diuinum, & humanum labefactare non verentur. Inter quos Nemrod siue Nimrod primus fuit, qui inter quatuor Monarchias Deo repugnantes, piosque persequentes, primam in Babyloniam constitueret. Quarum quidem Monarchiarum unius statu & imagine expressarum caput cū fuerit aureum, certum est Romanum imperium eiusdem esse terreos, seu partim fictiles, partim ferreos pedes, quos lapis abscissus de monte sine manibus, postquam diutissimum in contemptu Dei adoleuerit, conteret. Dico itaque; ne quis me ambiguè log putet, stellā in Aethiopica sede natā, esse secundi, hoc est, ei⁹ qui intra nos